

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluptas d
cum fonte primo

Licet sepe in medio
carnalium Deus protegat uitam
electorum, tamen satis rarum est ut
quisque inter seculi uoluptates positus
a uiciis maneat illibatus, in quibus et si
non cito implicetur, aliquando tamen
atrahitur. Nec enim
diu potest esse securus qui
periculo fuerit proximus.

Ysidorus libro III. de summo bono.

Nonnulli, etsi non corporali discessu,
spiritali tamen ab eis intentione
recedunt; qui etsi communes sunt
conuersatione, discreti tamen sunt corde
uel opere; et
licet saepe in medio
carnalium uitam Deus protegat
electorum, tamen satis rarum est ut
quisque inter saeculi uoluptates positus
a uitiis maneat inlibatus, in quibus etsi
non cito implicetur, aliquando tamen
adtrahitur. Neque enim
diu tutus esse poterit, qui
periculo proximus fuerit.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3, 17, 2
(CCSL 111, P. Cazier ed., pp.246-7,
ll.13-18).